

## **Scientia Sanctorum**

Collecta Ex Meditationibus Ludovici De Ponte, Joannis Busaei, Joan.  
Suffren, Juliani Hayneufve, Et Antonii Gaudier, &c. E Societate Jesu, In  
Dominicas, Festa & ferias totius Anni digesta. Cum Indicibus duobus. I. In  
singulos dies. II. Ad Exercitia Spiritualia

**Puente, Luis de la**

**Dilingæ, 1685**

23. De invidia.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-60561](#)

96 Pars I. Meditatio XXIII.

exemplo Moysis, ob insignein mansuetudinem:

Quare jubet Paulus: *Volo viros orare omni loco,*

*I.Tim. 2 levantes puras manus sine ira & disceptatione.* 4.

3. Tales habent Spitem Christi. Vnde Discipu-

4. lis cupientibus venire ignem de cœlo in Sama-

*Luc. 9. 5 ritanos, quod non recepissent ipsos, Dominus*

5. ait? *Nescitis cuius spiritus estis: meus certe non*

*est ultionis spiritus, sed benedictionis.* Vnde

*I.Pet. 2. Petrus de illo: Cum malediceretur, non male-*

*dicebat: cum pateretur, non comminabatur.*

---

MEDITATIO XXIII.

*De Invidia.*

PUNCTUM PRIMUM.

Invidia  
ex su-  
perbia.

**I**nvidia est tristitia de bono proximi, quâ no-  
strum excedit, vel obscurat. Oritur ex su-  
perbia, & comitem habet iram; & ita utrisque  
actus, veluti odium proximi quia illius succes-  
sus me obscurant, gaudere de proximi depressio-  
ne, tristari de laude, minuere illam, detrahere.

Materia.  
invidiæ.

Invidia distingui potest, juxta genera rerum  
quasi objecta invidiæ. 1. De bonis externis aut  
corporis, quod præcellat divitiis, dignitate, ho-  
nore, gratia hominum, corporis dotibus. Et  
hæc est mundana. 2. De bonis intellectualibus.  
3. De bonis virtutum. 4. De ipsamet charita-  
te & gratiis gratuitis: quod est peccatum in  
Spiritum Sanctum, quale fuit Luciferi, ut ideo  
struxerit homini insidias ad peccandum. *In-*  
*vidiæ enim diaboli mors introivit in orbem terra-*  
*rum;*

*Cap. 2. 30*

*vnum*: Quare invidi illum imitantur: proh res  
indigna!

## PUNCTUM II.

**P**OENÆ. i. Ab ipsamet invidia: nam exsiccat pœna  
offa, foveatur perinde bonis ac malis even- sibi ipse  
tibus, & difficile curatur, quia, quod vilis sit 1.  
animi, celatur. 2. Ab exemplis, Caïn occidit prov. 14  
fratrem, voluit occultare Deocrimen, despè- 10.  
ravit de venia Joseph à fratribus per invidiam Exempla  
venditus evasit illorum dominus. Dathan &  
Abiron in Moysen insurrexerunt, & absorpti  
sunt à terra. Saül in Davidem insanivit, & per-  
iit. Iudæi Messiam suum crucifixerunt, in ca-  
put suum. 3. In inferno crudeliter eos rodet glo- 3.  
ria Sanctorum, præsertim ex collatione abje- Infernus  
ctionis propriæ, atque miseriæ. Quare Væ illis,  
qui in via Cain abierunt! Similiter fratres suos  
prosequentes. Et errore Balaam, mercè effusi  
sunt: malis consiliis eosdem subvertere studen- Judas,  
tes. Et in contradictione Core perierunt, non fe- v. 17.  
rentes sibi alios præferri.

## PUNCTUM III.

**B**ONUM contrariae virtutis quam mortificatur  
invidia. Ea est charitas, in tribus præsertim Chari-  
actibus. 1. Insurgeentes motus invidiæ statim tatis  
opprimit. 2. Caudet de bono proximi, ac de pro- 1.  
prio. 3. Optat alios excellere omnibus bonis, 2.  
nihil inde sibi decedere putans. 3.  
De glor.

Vrgemur ad hanc virtutem, quod gloriā Dei  
& commune bonum oportet præferre proprio:

G

quare

98      *Pars I. Meditatio XXIV.*

quare si ita Deus disponit, ut alii excellant, excelsi animi est gratum id habere. Proinde non ut Iosue feremus ægrè, quòd alii prophetent:

*N. 11.*

*28.*

*Io. 3.29.*

sed cum Moysè dicemus: *Quis tribuat, omnis populus prophetet?* Nec invidiâ tangemur, ut discipuli Ioannis, quòd Iesus baptizaret, & ad eum fieret concursus: sed respondebimus cum Ioanne: *Qui habet sponsam, sponsus est; amicum autē Sponsi gaudet propter vocem Sponsi. Hoc ergo gaudium meum impletum est, illū oportet crescere, me autem minui.* Deinde, si gaudeam de bono proximi, facio illud meum; & demereor Deum, ut me pluribus augeat. Si doleo de illius malo, Deus viciscim me à propriis expediet. Præterea sic agendo referam fructus charitatis; *Qui sunt pax, & gaudium in Spiritu Sancto:*

*Rom. 14.*

*17.*

Et imitabor statum Beatorum, ubi singuli sua conditioне contenti per unionem charitatis communicant in bonis omnium; tanquam de propriis exultando, gratiāsque agendo. Itaque amulemur omnes in bono, contendentes ad summam virtutem, non studio vincendi, sed Deo placendi quām maximè.

**MEDITATIO XXIV.**

*De Acedia.*

**PUNCTUM PRIMUM.**

Acedia  
pecca-  
tur.

**A**CEDIA est tristitia inordinata & tedium ac-tuum studiosorum laudabilium. In quo peccatur variè. 1. Peccatum nimius timor dif-ficultatum, quæ virtutem comitantur, unde tedium.